UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Concha Dvodecim Margaritarvm

Coloniae, 1649

Margarita VII. Silentivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-55155

Visual Library

7. In menſa, aut comedendo aut bibendo, oculos non facile circumuoluam, neque vltra menſam intendam.

8. In ſcholis non intendam oculos, niſi in Magiſtri cathedram, aut in libros meos, aut aliquam imaginem.

MARGARITA VII.

SILENTIVM.

Actus.

1. MAne non facile cum aliquo garriam, niſi poſt lotioné, aut peractam orationem. hoc etiam poſt veſpertinam orationem ſeruabo.

2. Tempore ſtudiorum cum ſocijs nunquam verbum faciam niſi ſit ſumma neceſſitas, & tum id modeſtè agã, ne alios interturbem.

3. In templo nunquam verbum dicam, quòd non ſit ad Dei cultum.

4. In ſcholis nec ante lectioné, nec ſub lectione inutiliter cum vllo fabulabor; ſed ſi quid dicere neceſſe ſit, id modeſtè faciam, niſi cùm magiſter iuſſerit, aut aduerſarius prouocarit.

5 In plateis breuiſſimus ero in ſermonibus, nec, niſi charitas, aut huma-

nitas exigat, præter ſalutationem quicquam dicam.

6. Nunquam ſolus cum muliebri ſexu, cum ancillis, &c. agam, niſi neceſſitas, aut charitas requirat: & nunſtudebo habere meorum ſermonum teſtem Angelum, vel hominem.

7. Turpia prorſus nunquam dicam, legam, vel audiam; nec minus ciuilitatiam, quæ ſolent alij liberius effutire. ſi audiã monebo vt taceant, vel diſcedã.

8 Nunquam peius aliquid, aut detractorium, aut contemptorium de adoleſcentibus, Magiſtris, omnibuſq; reliquis eloquar.

9. Nunquam enarrabo illa, quæ ad mei laudem faciunt, aut ad aliorum vituperium.

MARGARITA VIII

CASTITAS.

Actus.

1. NVnquam turpiori cogitationi inhærebo, ſed ſi quãdo occurrerit, mox in mare paſſionis Chriſti demergam, hanc recogitando.

2. Oculos diligentiſſimè domi, foriſq; & in templo cuſtodiã.

3. Li-